Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



beati leonis pp. Deus qui beatum leonem pontificem
CCC·lxxxix· Hyrenei ⁊ sociorum eius· Deus qui
nos concedis sanctorum tuorum natalicia· CCC·lxxxviij·
In natali bissinorum petri ⁊ pauli apl'orum
Nunc scio uere quia misit dns angelum suum ⁊ eripuit
me de manu herodis ⁊ de omni expectatione plebis
iudeorum. Dne probasti me. Ola pa. Deus qui
hodiernam diem apl'orum tuorum petri ⁊ pauli
martirio consecrasti· da ecclie tue eorum in omnibus
sequi preceptum quos religionis sumpsit exordium. P. Lect. apl'orum
In diebus illis: Misit herodes rex manus ut afflingeret quosdam
de ecclia. Occidit autem iacobum fratrem iohis gladio. Videns autem
quia placeret iudeis apposuit apprehendere ⁊ petrum. Erant autem
dies azimorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem
tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum uolens
post pasca producere eum plo. Et petrus quidem seruabatur in
carcere oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclia ad dm pro eo. Cum
autem producturus eum esset herodes in ipsa nocte erat petrus dormiens
inter duos milites uinctus catenis duabus. Et custodes ante ostium
custodiebant carcerem. Et ecce angelus dni astitit ⁊ lumen refulsit
in habitaculo. Percussoque latere petri excitauit eum dicens: Surge ue
lociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus
ad eum: Precinge te et calcea te calligas tuas. Et fecit sic. Et
dixit illi: Circumda tibi uestimentum tuum ⁊ sequere me. Et exi
ens sequebatur eum et nesciebat quia uerum est quod fiebat per angelum.
Existimabat autem se uisum uidere. Transeuntes autem primam et se
cundam custodiam uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem.